



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

II. Vt quadragesimae initium in epiphania nuntietur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

- chi peccata non emendat, aut denuntiat. XXXVI. Vt mulier eucharistiam nuda manu non accipiat.
- XXIV. Abbati aut monacho ad nuptias ire non licet. XXXVII. Ne mulier pallas dominicas contrectet.
- XXV. Abbati aut monacho filios de baptismo habere non licet. XXXVIII. Vt nullus cum excommunicato communicet.
- XXVI. De pœna abbatis qui mulierem in monasterium ingredi permiserit. XXXIX. Vt qui cum excommunicato communicat simili sententia subiaceat.
- XXVII. Nouercam in uxorem accipere non licet. XL. Ne presbyter inter epulas cantet, aut saltet.
- XXVIII. Nec priuignam ducere. XLI. Presbytero, vel diacono accusare non licet.
- XXIX. Nec cognatam. XLII. Vt mulier sine dominicali non communicet.
- XXX. Nec duas sorores. XLIII. De pœna iudicis qui clericum sine episcopi voluntate distrinxerit.
- XXXI. Nec consobrinã, aut sobrinã. XLIV. De pœna laici qui archipresbyteri admonitionem contemnit.
- XXXII. Nec relictam auunculi. XLV. De obseruatione horum Canonum.
- XXXIII. Vt presbyteri & diaconorum supplicia non spectent.
- XXXIV. Vt presbyter iudicio capituli non intersit.
- XXXV. Vt clericus clericum ad iudicem secularem non trahat.

CANONES.

I.

NON licet Kalendis Ianuarii² vetula, aut ceruolo facere, vel strenas diabolicas obseruare: sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus.

II.

Vt omnes presbyteri ante epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio quadragesimæ nuntient, & in ipsa epiphania ad populum indicent.

III.

^d Non licet compensos in domibus propriis, nec peruigilias in festiuitatibus sanctorum facere; nec inter sentes, aut³ ad arbores sacriuos, vel ad fontes vota exoluere: sed quicumque votum habuerit, in ecclesia vigilet, & matriculæ ipsum votum,